

5275 arca magna. Comi apud aedem Ascensionis Christi inter frutices IOV. Postea apud Magnacavillos; deinde Lissagae apud Peregrinos; ab a. inde 1820 Comi in museo Giovio.

## MEMORIAE

corona  
cum  
taeniis

L · ALFI · L · F · OVF · MARCELLINI  
VI · VIR · AVG · PATRON · COLLEGI  
DENDROPHOROR · COMENS  
5 INPRIMO · AETAT · FLORE · PRAEREPT  
ALFIVS · RESTITVTVS · PATER  
MISERRIMVS · ET · SIBI

corona  
cum  
taeniis

## MEMORIAE

L · ALFI · SEVERIAN  
VI VIR ET AVG  
ARAM  
5 D · S · P · R  
ALFIVS HILARVS

Contuli. Ben. Iovius syll. f. 30, hist. patr. p. 228 (inde Apian. 79, 1; Fr. Cigalinus ms. f. D 8; Ligorius ms. Taur. 6; Smetius 159, 2 ex Ap.; Grut. 350, 6 ex Apiano et Pighianis) qui addit: 'improbatae manus in alia sensa Romanas litteras deformare contenderunt'; Rovelli 1, 259; I. B. Giovio *uom. ill.* p. 22; Aldini n. 99; Monti n. 113.

5276 ara, Comi in aedicula S. Pudentianae BORS. Rep. in aede vetere S. Pudentianae, deinde in hortis Borsarii COD. BRIX. Comi, mox Cremonae apud Caraffinos BERT. Deinde in villa Picenardia, ubi vidi. Nunc Mediolani in Brera.

Contuli. Borsieri in praemissis; cod. Brix. C. I. 7 fortasse Iacobi Valerii; Bertarelli n. 7; Mur. 193, 6 ab Arisio; Bianchi *marmi Crem.* p. 132 tab. 16; Rovelli 1, 260 ex Borsierio et Bertarellio; Aldini n. 69; Orelli 4521; Monti n. 80.

5277 olim Comi in coenobio S. Carpophori, nunc Mediolani apud Archintios BORS. (cod. Com.). A Philippo Comensi episcopo Archinteis adiecta IDEM (cod. Paris.). Apud Archintios: 'non ho memoria, come sia pervenuta in casa' ARCH. (ad Alc., si quidem huc pertinet haec adnotatio). Hodie in Brera. — Galiano tribuit MALVASIA errore.

V F  
L · ATILIVS · L · L · PHILETVS · MEDI  
SIBI · ET · BABVLEIAE · PRIMAE  
VXORI  
5 L · ATILIO CORVMBO PATRON  
I I L I M I I I I I V I V I R O  
I I M I I I I I D N XXII AMICIS  
H M h N S

Contuli. Borsarius ms. Com., ubi affertur et ex lapide et ut legit Basil. Paravicinus in suppl. ad Iovii antiquitates et ut legit Turrianus; idem cod. Par. 5894 f. 4 'ex lib. XIV'; Archintiana ad Alciatum f. 217, ed. p. 67 (inde per Puccinellium Malvasia p. 243; Fabrett. 608, 68); Mur. 2044, 5 ab Argelato.

5278 Comi in templo Fidelis SAB. B. IOV. In aedibus comitum Peregrini ROV., I. B. GIOVIO (*uom. ill.*). Deinde apud Giovios I. B. GIOVIO (*lett. lar.* 1803), EGO. — In palatio Iovii SCHRADAUS, errore puto.

in latere:  
MORBORVM  
VITIA ET VITAE  
MALA MAXIMA  
FVGI  
5 NVNC CAREO  
POENIS PACE  
FRVOR PLACIDA

P · ATILI  
P · F · OVF  
SEPTICIANI  
GRAMMAT · LATINI  
5 CVI · ORD · COMENS  
ORNAMENTA  
DECVR · DECREVIT  
QVI · VNIVERSAM  
SVB STANTIAM  
10 SVAM · AD · REM · PVBL  
PERTINERE · VOLVIT

Contuli. Habent anticam solam Petrus Sabinus cod. Marc. f. 130 et Ottob. 2015 f. 96; Metellus cod. Vat. 6039 f. 328, qui duo viri acceptam referunt Nicolao Casanovae; add. ad Iucundum cod. Cicognae f. 206'; Gammarus f. 69 in collectaneis Pomponii Laeti; Lilius f. 13; Ligorius ms. Neap. 39; Ursinus imag. et elog. p. 95; Boissard ms. f. 668, ed. 3, 110, hoc loco pessime. Utrumque epigramma proponit B. Iovius f. 35. 36 (cf. hist. patr. p. 227; inde Apianus 78, 2. 79, 2; Fr. Cigalinus ms. f. D 7'; Ligorius ms. Taur. 6; Fabricius antiq. p. 68. 230; Pighius cod. Ber. f. 203; Smetius 159, 5 ex Apiano, 142, 14 a Pighio; Schradaeus mon. Ital. f. 371'; Grut. 367, 5. 1062, 3 ex Apiano et Pighianis; Donat. 247, 1 ex ms. Iovii). Habent deinde Serassi Comensis apud Calogera 41 (1749) p. 392; Rovelli 1, 261; Zaccaria *istit.* (1770) p. 36; I. B. Giovio *uom. ill.* p. 26. 312, *lett. lar.* p. 165; Aldini n. 46. 47; Orelli 1197; Monti n. 54. Item Burmann anth. 4, 345; Meyer anth. n. 1413.

5279 in delubro vici Intimiani lapidea mensa, super qua rem divinam conficiunt B. IOV. *Era nascosta nella casa dell' ab. Filippo Peregrini successore de' Magnacavalli e passò da essa nella Gioviana* I. B. GIOVIO (1803). Ibidem adhuc. — In palatio Iovii SCHRAD. errore.

L · CAECILIVS · L · F · CILO ·

IIII · VIR · A · P ·

QVI · TESTAMENTO · SVO · HS · N · XXXX · MVNICIPIBVS · COMENSIBVS ·  
LEGAVIT · EX · QVORVM · REDITV · QVOT · ANNIS · PER · NEPTVNALIA · OLEV · M ·  
5 IN · CAMPO · ET · IN · THERMIS · ET · BALINEIS · OMNIBVS · QVAE · SVNT ·  
COMI · POPVLO · PRAEBERETVR · T · F · I · ET ·  
L · CAECILIO · L · F · VALENTI · ET · P · CAECILIO · L · F · SECVNDO · ET · LVTVLLAE · P · CTI · F · CONTVBERNALI ·  
AETAS · PROPERAVIT · FACIENDVM · FVIT · NOLI · PLANGERE · MATER · MATER  
ROGAT · QVAM · PRIMVM · DVCATIS · SE · AD · VOS

Contuli. B. Iovius syll. f. 50, hist. patr. p. 222 (inde Alciatus in add. cod. Dresd. l. 2 f. 93; Apianus 86, 2; Fr. Cigalinus ms. f. C 3 omnino ex Iovio); Smetius 159, 14 ex Ap. et Dionysio Harduino, qui exscripsit v. 1—6; cod. Waelscappe f. 96, finiens v. 6 in T·F·I; Laur. Schradaeus mon. Ital. f. 370; Grut. 376, 5 ex Apiano et Pighianis et Dion. Harduino; Rovelli 1, 258; I. B. Giovio *lett. lar.* p. 141; Aldini n. 42; Monti n. 50.

7 de praenomine Publii ne dubita; male L. priores. Hunc P. Caecilium videri esse eum ipsum, quem adoptatum deinde ab avunculo novimus sub nomine C. Plinii Secundi, post alios monui Hermae vol. 3 p. 60. — 9 s in DVCATIS hodie non apparet.